

qui Herculem ob terrae motum aliaque prodigia ab oppugnatione discessisse auctor est. De Caucaſo vide notam ad c. 2, 4.

11. ἐκρέματο] Lucianus in Prometheo: ἀλλ' εἰ δοκεῖ, κατὰ μέσον ἐνταῦθά περ ὑπὲρ τῆς Φάραγγος ἀνεσαυράσθω ἐκπεταθεὶς τῷ χεῖρι ἀπὸ τετοῦ πρὸς τὸ ἐναντίον. Idem libro περὶ θυσιαῶν: Καὶ τῆτον ἐς τὴν Σκυθίαν ἀγαγὼν ὁ Ζεὺς, ἀνεσαύρωσε ἐπὶ τῷ Καυκάσῳ. Blanc.

12. De Sibis eadem excerptit Strabo pag. 473. A Diod. XVII. Ibi vocantur. Plinius VI, 20. simile nomen

Sibararum inter Indiae gentes habet. A Curtio Sobii vocantur IX, 4, 2. Strabo, quo magis haec de Sibis falsa esse ostendat, Herculis gestationem pellis multo post bellum trojanum ab eo poeta fictam tradit, qui Heracleam scripserit. Antiquas enim Herculis statuas ligneas non esse hoc modo apparatus. Idem p. 489. a campestribus Indis Herculem coli Megasthenem dixisse refert, a montanis autem eorumque philosophis Bacchum. Sed ea fabulosa esse.

13. De diversis Herculis vide Arr. Expedit. II, 16.

VI. Ταῦτα μὲν μοι ἐκβο- 1
λῆ ἔσω τοῦ λόγου, ἐς τὸ μὴ
πιστὰ φαίνεσθαι, ὅσα ὑπὲρ
τῶν ἐπέκεινα τοῦ Ἰφάσιος
ποταμοῦ Ἰνδῶν μετεξέτεροι
ἀνέγραψαν. ἔστε γὰρ ἐπὶ τὸν
Ἰφασιν, οἱ τῆς Ἀλεξάνδρου
στρατηλασίης μετασχόντες, οὐ
πάντη ἀπιστοὶ εἰσίν. Ἐπεὶ καὶ 2
τόδε λέγει Μεγασθένης ὑπὲρ
ποταμοῦ Ἰνδικοῦ, Σίλαν μὲν
εἶναι οἱ οὐνομα, ῥέειν δὲ ἀπὸ
κρήνης ἐπωνύμου τῷ ποταμῷ

VI. Atque haec quidem per digressionem dicta sint, ne fide digna videantur, quae de iis qui ultra Hyphasin degunt Indis nonnulli conscripserunt: nam ad Hyphasin amnem usque non sunt prorsus indigni fide, qui expeditioni Alexandri interfuerunt. Siquidem etiam hoc Megasthenes de flumine quodam Indico commemorat: Silam ei nomen esse, fluere ex fonte ejusdem cum flumine no-

NOTAE CRITICAE AD CAP. VI.

2. τῷ ποταμῷ — ex Opt. pro τῷ ποταμῷ. Amat vero Arrianus, constructionem praepositionis vel adjectivi, pau-